

1605

Firma Vrino

18 Julij

SACRA Caesaris Matias, 22: Dominus noster clemen-
 tissimus. Visis ac bene maturisq; ponderatis omnibus
 ijs que per Ill^{mos} Dominos Carolum, Guidum Sforziam,
 Jordanum et Fulvium fratres Gonzagas apud M^{tem}
 suam Cesaream diuersis in scripturis et Grauiami-
 num, alijsq; deductionibus, contra Sententiam Exe-
 cutiuam uicesima die mensis Decembris Anno
 Millesimo, Quingentesimo, nonagesimo septimo per
 Magnificum Iuriscō. Didacum Sallazarium, supre-
 mum Cancellarium Mediolanensem, tanquam
 Cesarum subdelegatum, in fauorem Illustrium
 Comitum Annibalis et fratrum de Gambarasata,
 in hunc usq; diem producta atq; exhibita fuerunt:
 decreuit ac declarauit, hacq; sententia mediante
 decernit ac declarat: Appellationem siue pro-
 uocationem a supradicta sententia Executiua sub-
 delegati Sallazarij, per predictos Marchiones Gon-
 zagas interpositam, tamq; friuolam reijciendam:
 ac proinde Inhibitionem siue suspensionem Ex-
 ecutionis die uicesima sexta Februarij, Anno
 Millesimo, Quingentesimo nonagesimo octauo sub-
 sequutam: denuo cassandam atq; annullanda
 esse: Sicuti Matias sua Cesarea predicta omnia
 respectiue reijcit, cassat atq; annullat: precipiens
 supradictis Carolo et Fuluio Gonzagis (cum reli-
 quis duos fratres Guidum Sforziam et Jordanum

interea temporis cum Comitibus Gambaris transe-
gisse constat. Vt intra tres menses proximos, ab in-
nuatione huius sententię computandos, doceant
apud Gubernatorem Mediolanensē, tanquam huius
causę Commissarium, seu eius subdelegatum, sese
per dictę sententię Sallazarianę in omnibus ac
singulis suis capitibus plene satisfecisse. Cum
hęc adiuncta Comminatione: nisi iam dictam
paritionem factam esse in dicto temporis spacio
docuerint: ut sepe dictus Commissarius Cęsarę-
us per se, uel per subdelegatum suum: sepe dicta
sententię Sallazarianę ex tunc, prout ex
nunc: et ex nunc prout ex tunc, reali atq; actu-
ali executioni mandare possit ac debeat: sup.
Decreto suspensius, ut potę, per hanc sententię
cassato atq; annullato: ceterisq; oppositionibus
quibuscumq; ac presertim lite inter ipsos fratres
Gonzagas super pensione suellaria Arrisiana,
mota, et alia separata sententię Cęsaręę decisa
non obstantibus. Decretum per Imperatoriam
Mattem in Consilio Imperiali Austriacę die duodeci-
mesima mensis Julij. Anno Domini. 1603.



Rud. Coradurus

rutins



